Fragmentarium

xiiii. Ve ciuitati sanguinum. Hanc suc-
cendit dyabolus igne inpietatis. Mi-
ch. vi. Adhuc ignis in domo impii. i.
in corde impii. Quot enim sunt corda
impia. que sunt impie in mundo. tot domus
ardent in hac ciuitate. In hac est cum
igne peccatorum valde arsit domus magdalene.
Luc. vii. Ecce mulier que erat in ci-
uitate peccatrix. Sed lacrimis suis docuit nos quomodo ex-
tingui debeat domus etc. In sanus miser
peccator et sanus. Ecce vna hora non si-
nes ardere domum etc. Et heu iam x. vel xx.
vel xxx. annis sinis ardere igne dyaboli
animam etc. Fac miser peccator sicut fecit ipsa.
Extingue ignem culpe lacrimis penitentie.
G. Extinguamus fletibus et dignis penitentie
fructibus culpas commissas. Ignem autem
maiorum non solum debes extinguere aqua la-
crimarum. sed et obruere mole elemosinarum.
Eccli iii. Ignem ardentem extinguit
aqua. et elemosina resistit peccatis. Post
lacrimationem compunctionis deus infundit vinum exul-
tationem remissionis. Luc. vii. Remittuntur
tibi peccata etc. Et vide quomodo in fonte lacrimarum ma-
rie. ignis dyaboli extinctus est in remissi-
one. et ignis spiritus sancti accensus est in di-
lectione. Fons quidem compunctionis similis est fonti
illi de quo Aug. in libro de ciuitate dei
dicit qui in ipso facula ardens extinguitur et
facula extincta accenditur. ¶ De ii. Jere.
xiii. Plorans plorabit et deducet o-
culus eius lacrimas. quia captus est grex domini.
Lacrima vero est pro captiuitate spirituali in-
mo et corporali. et pro aliis afflictionibus
proximorum. Job xxx. Flebam quondam super eum
qui afflictus erat. et compatiebatur anima mea pauperi. Et Ro.
xii. Flere cum flentibus. Vt miseris hominibus
qui non compatiuntur fletibus. Vt miseris hominibus
qui non solum cum flentibus flere nolunt. sed eos

ad fletum iniuste cogunt. Eccli.
xxxv. Nonne lacrime uidue ad
maxillam descendunt. et exclamatio
eius super deducentem eas. A maxilla
enim ascendunt usque ad celum. et dominus
exauditor non delectabitur in illis. Ecce
clamor miserorum et lacrime tribula-
torum ascendunt ad celum contra iniuriatores
eorum. et dominus non delectabitur immo iram
prouocabitur in illis. Ve ergo mise-
ris qui cum flentibus non flent sed gaudent.
Prov. xvii. Qui in ruina letatur alterius
non erit impunitus. Noli gaudere le-
tari in ruina inimici. G. In ruina
dilecti et ueritatis custodit. cum non
de profectu deiciam. non de ruina illius
letari. Lacrimas compassionis fudit
christus pro fratre mortuo. Post lacrimas autem
compassionis deus infudit ei exulta-
tionem suscitationis quando quatriduanum
fratrem eius unum ab inferis resuscitauit.
Mira uirtus lacrimarum compassionis. que
corpus de sepulchro. animam de inferno la-
crimas de christo traxerunt. Jo. xi. Et lacrima-
tus est ihesus. lacrimas compassionis multum
nobis deus commendauit qui totiens ex
compassione fleuit. ¶ De iii. ps. Quem-
admodum de. c. ad fontes aquarum. etc. usque
fuerunt mihi lacrime panes die ac nocte. Bene
dicit panes. lacrime enim tam desiderii
et amoris mirabiliter reficiunt animam
lacrime amoris cum et ipsam reficiant
lacrime doloris. Aug. Da michi domine in
hoc exilio panem doloris et lacrimarum
quem esurio super omnem copiam deliciarum.
Has lacrimas fudit maria ad se-
pulchrum christi. Jo. xx. Dicunt ei angeli. Mu-
lier quid ploras. Quasi diceret quare maria
adhuc lacrimaris. Quia non de uisio-
ne consolatur angelorum. Sed quod sunt

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 5, (seq. 12) – Commentarius in loca S. Scripturae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i1sl/1275/17120)